

QK. 525, II.

B. M.

II d
1656

2

DE
IOANNE BOCCATIO
VERITATIS. EVANGELICAE. TESTE
ITERVM. DISSERIT. SIMVL. QVE

AD

ORATIONES
IN. MEMORIAM

B. SALOM. SIGELII.

IPSIS. IDIE. FEBR. A. R. S. CLXXXVI.

HORA. NONA. HABENDAS

SCHOLAE. NOSTRAE. INSPECTORES
GRAVISSIMOS

OMNES. QVE. QVI. STVDIIS. FAVENT

SVMMA. ANJMI. OBSERVANTIA

INVITAT

M. IOAN. GEORG. HAGER
RECTOR.

CHEMNICII
LITTERIS. IOAN. CHRISTOPH. STOESSELII





cc. 10.

In ultima, quam TECUM B. L. communicauimus pro-
lusione de IOAN. BOCCATIO, veritatis euangelicae
teste ante LVTHERVVM egimus (a). Vindicauimus
hunc virum ab iniuriis ipsi illatis argumentis, ut putar-
mus, haud contemnendis. Sed grauissima adhuc restant testimonia
ex confessione illius repetenda, quam chartae angustia tunc temporis no-
bis impeditis addere non licuit. Nunc ergo eam in medium afferre il-
lamque obseruationibus quibusdam comitari placet. Eum vero in fi-
nem hanc suam edidit confessionem, ut se praemuniret contra iniquas
iniquorum iudicium censuras. Eo enim, quo suam Genealogiam
Deorum conscriperat, tempore multi fuerunt, qui, vtrum sub specie
pietatis, an vero ex superbia, vel ignorantia nescio, putarunt, homini
christiano esse dedecori gentilium nefaria sacra, seu genealogias deorum
describere. Sed ab eo, quod fieri solet plerisque, male concludimus,
ut siat semper, recte monuit BOCCATIVS. Rationem potius & mo-
dum scribendi & scriptoris animum probe inquirendum esse suscepimus.
Quae, si omnia rite se habent, tunc etiam rite se habebit descriptio fabu-
larum nec scriptori erit dedecori. De suo igitur animo ita confitetur
BOCCATIVS: (b)

Ab utero matris meae ad fontem nostrae regenerationis delatus
lotusque, quod pro me carechumeno promisere, qui me sustulerunt ab
illo: ut poteſt humana fragilitas, in hodiernum vsque seruauit: Certis-
simum semper habens: quod inter Iustorum hominum congregacionem
psallitur. *Vnum*, s. in triplici personarum distinctione *deum* esse, &
hunc verum & aeternum atque omnium aequo opificem rerum earum
que perpetua ratione gubernatorem seruatorem atque rectorem omnia
intra se continentem: & a nullo contentum. Et quod mirabili & alias
inauditio eiusdem diuinitatis artificio *fatum est verbum*. s. eius aeter-
num obumbratione sacri spiritus ad abolendam humani generis labem:
ob

(a) A. el. Iscclxv. in 4.

(b) In Genealogia Deorum Lib. XV, c. 9. p. 144. seqq. Edit. Venet. 1497. in 4.

ob inobedientiam primorum parentum contractam: ingenuae virginis
vero: praeannunciante caelesti nuncio: carnem: factum: & virginis
illibata virginitate in tempore passibilem atque mortalem hominem na-
tum. Qui adhuc infans in gremio matris a Sabacis regibus oblatis
muneribus adoratus est & aetate crescente inter sacrae legis doctores
dum solueret nexus ambiguos: non deus sed mirandae indolis puer ab eis
creditus est: nondum enim veritatis splendor aeternis caliginem abster-
ferat a mentibus eorundem: ut cum. s. deum illis repromissum cognos-
cerent: quem mortali seprum carne viderent. Insuper certum habeo
eum qui aetherea arce relicta: & ex deo serui assumta forma: & qui
inter homines vti homo versatus est: iam trigesimum agentem aetatis
annum ab hispido atque syluicola rite: & ab vero matris sacro pleno
spiritu ad aperiendam aeternae salutis ianuam: lotum in Iordanis al-
ueo: dum caelum intonuit desuper & acre murmur super incubentis
nubis in vocem solutum deitatis aientis: Hic est filius meus dilectus in
quo mihi bene complacui ipsum audite. Praeterea credo & ratum ha-
beo eum aquis apud Chana Galileae in vinum versis: ut sacro pectori
absconditam diuinitatem ostenderet: sumto iam sacro consortio Iuda-
am urbesque Phoenicum Samariam & Galileeam ambisse & caelesti do-
gmate in templo & synagogis docuisse populos: lepras mundasse: elin-
gues vocales fecisse: lumen caecis seu natura seu casu perditum restauras-
se: animas ab orco in cadavera reuocasse: febribus: ventis: & vndis impe-
rassse: & in multis aliis signa sua diuinitatis monstrasse. Post haec ora eius
adueniente cum sacerdotum hebraeorum inuidia procurante lotis a se ami-
corum pedibus: & ingenti illo celebrato conuicio: in quo suis manibus
verbisque confectum est: communionis nostrae sacrum illud ineffabile:
quo corpus eius in cibum & sanguinem eius in potum tam praesentibus quam
futuris exhibuit: uno sociorum aequani vendente: oratione in solitu-
dine peracta: a nefaria turba exquirente cum fustibus & laternis ca-
ptum & in praesentiam deductum principum: & ibidem nefarie accu-
satum: & sua patiente humilitate false quibusdam testantibus insimula-
tum: & hinc in praetorio praesidis tufsum: virgis caesum: corona spi-
nea insignitum: spuris & colaphis deturpatum: & postremo latronum
more damnatum: crucique affixum sublimi & in eadem aceto & felle

potatum. Cuius cum iam humanitate vieta suppliciis in finem suum iuisset. Seu & melius reor ut Thomae de Aquino placet: cum voluntarie collectis viribus spiritum emisisset: tremuit orbis omnis: & meridianum fere solis iubar per tres horas iuit in tenebras: luna ex opposito offuscata. Esto, aliter ad Polycarpum: scripsit Dionys. Ariopagita: quod ego miror: Inde eius a caeco milite perforatum lancea pectus: sanguinem aqua mixtum emisit: ex quo sacra omnia nostrae salutis credo sumisse exordium. nec minus certum habeo eum a cruce depositum atque sepultum: ac inde virtute suae deitatis vt priisci cecinerant vates post diem tertiam: ceu Ionas ex vetero caeti: sic ex ventre terrae surrexisse superata morte: & rediuuum domos inferas visitasse: & *confactis veltibus ferreis* reuulsisque postibus antiqui carceris subacto Plutone in libertatem *praedam omnem veterem eduxisse*: post haec suis apparuissfe faepius: & e medio eorum eis cernentibus nulla corporea impeditus mole cum vero corpore olim mortali propriis viribus in caelos ad eum: qui miserat euolasse: & inde *caelestem illum ignem* ex se patre que optimo pariter prodeuntem viuificantem omnia: & vera cuncta docentem in commitlites egregios immisisse. Quo illustrati bellum aduersus orbis principem inuere illico: perque suum sanguinem & vulnera multa sato vbique veritatis semine & obtenta victoria ducem suum triumphantes in patriam fecuti sunt. Sic institutam ab eodem dei vnigenito piam instorum congregationem: & sacrum illud regenerationis lauacrum: quo mala facinora abolentur mortalibus cum ceteris eiusdem contentionis faustis probandisque sacris: quibus deo obsequentes efficiimur. atque lapsi nostra imbecillitate resurgimus: eique volentes conciliamur: nec ob id humanum sanguinem effundentes: vt efferati plures iam fecere gentilium: aut hircos vel tauros more veteri immolantes: nec a me fuit vñquam veritas haec amota: quin testimonio patrum crederem diem extremam venturam: in qua resoluentur omnia peritura: magnoque dei opere ex cineribus propriis: omnes: qui ante fueramus morales eum nostris corporibus resurgemus aeterni: & in praefinitum venientes locum in quo Christus ipse iudex praetorii in maiestate propria residet: & apparentibus cunctis suae passionis insignibus: audiens finalem meritorum nostrorum sententiam. Sic & in
futu-

futuram similiter vitam: in qua non meo merito: sed miseratione diuina
spero videre deum redemptorem meum in carne mea: & cum beatis lae-
tari in terra viuentium. Haec igitur, ne plura dixerim sincera fides
haec aeterna veritas adeo pectori meo infixa est: vt nedium euelli ab ali-
quo gentilitatis impulsu: sed nec concuti modo aliquo: aut labefactari
queat. Nam & si peccator homo sim: non tamen *gratia Iesu Christi*
Cherea Terentianus adolescentes sum: qui dum a tegulis in gremium
Danes cadentem Iouem in tabula pictum intueretur: etiam in optatum
a se facinus animatus est. Abiit cum annis iunioribus leuitas illa si fu-
isset aliquando circa iam dicta: quod minime memor sum. praeterea
aduertens: quia continuis decipulis & explicatis vbiique retibus: antiquus
hostis tanquam leo rugiens vt inueniat quem deuoret ambiat: in mor-
talium semitas: eosque in praecepsitum conetur impellere: vt Mithri-
dates senex ille rex Ponti: qui magnanimo ausu sumtuque magnifico:
quadraginta annis continuis aduersus romanum populum bellum ingens
& memorabile traxit a inuentore sua aduersus lethale venenum phar-
macis pectus armauit. Sic & ego mecum *euangelica veritate sacro Pauli*
dogmate: & Augu. aliorumque plurium *venerandorum patrum iussio-*
nibus consiliis atque suasionibus armaui: ex quo arma gentilitia parui
pendo. Si enim Christianus homo gentilium tractauit stultitias iussu tuo
rex inclite & in detestationem erroneae credulitatis eorum hoc feci: &
si parua quandoque maioribus aequare fas est: feci quod etiam summa
cum laude nonnulli sanctissimi fecere viri: vt Augu. Hiero. & cum
nonnullis etiam aliis neophytus homo Lactant. Mihi quidem a teneris
annis notissimum est: Psalmista monstrante: quia omnes dei gentium
daemones: & hinc eorum: semper inepta displicuere facinora: fateor
ramen religione eorum seposita: quorundam poetarum, mores & scripta
placuisse: & ob id non solum eos laudasse, sed pro viribus ab obiectioni-
bus accusantium defendisse: vt appareret in praecepsitibus liquido. Et
hoc ideo feci: vt ab ignaris non veniant lacerandi: qui si Christum no-
nissent: coluisserentque inter sublimiores christiani nominis haberentur.
Sed ad superiora prospectans inquier aliquis bene operatus es: praemu-
niuisse enim se aduersus hostes semper laudabile fuit. Sane picem tra-
stantes coinquinantur a pice, Iam plurimi dum fortissimos existimarent

impulsi ab hoste etiam debili cecidere. Et si ceteri desunt: quorum
grandis numerus est: Salomon tamen adeo testis certissimus imbecilli-
tatis humanae: huic scientia omnis concessa est: dimitiae omnes & im-
perium grande summa cum iustitia populos subditos tenuit: deo tem-
plum aedificauit mirabile: multa bona edidit: & tandem iam ae-
tate maturus: tot bonorum largitore postposito: confessio offensionis
monte Moloch Aegyptiorum idolum flexis genibus adorauit. Quid
ergo: tu ne eris fortior Salomone: aut circumscriptione plenior? Fal-
lumur de nobis nimium confidentes: haec quidem negari non possunt:
vera enim sunt: Attamen aliud belli genus mihi cum erroribus gentili-
tiis est: quam Salomoni fuerit cum aegyptiaca coniuge: quae astu fe-
mineo aduertens: quoniam infelicitis viri animam formositate sua la-
queasset: & deos suos extollere audita nunc complexo venereo: nunc
mellitis suaviis: nunc blanditiis muliebribus nunc petulca lascivis nunc
precibus: nunc lacrymis: quas obsequiosissimas mulieres habent femi-
nae: nunc indignatione composita absque intermissione. non diebus
Omnibus tantum: sed noctibus amantis viri animum impugnabat. O
quam grauia & intolerabilia sunt dilectorum mulierum: & potissi-
mum nocturna certamina: hic tandem dum timeret mulieris quam
summae diligebat gratiam amittere: terga dedit: & viribus armatae fe-
minae inermis succubuit. Mihi autem non tale aduersus deorum gen-
tilium nugas bellum est: mille iam veris rationibus a me cognitis im-
probatas. Et ideo cum eis exhaustis viribus: acieque pulsis leuis est
pugna: scio tamen, nimium de se confidisse, quandoque sit vitium. ve-
rum ego de me non confido. Sed de gratia Iesu Christi cuius pretioso
sanguine redemptus sum: spero quidem eum non passurum: ut qui tam
diu recto tramite eius vestigia iuuenis fecutus sum senex exorbitem & si
in lapsum veniam mapum sua pietate debili porriger: & fessum placida
quiete souebit. Sed ut in finem veriam satis ex praemissis colligi po-
test: *vix non omnes decet tractare gentilia: sic nec omnibus indecens esse.*

Si quis igitur ad lydium veritatis lapidem hanc examinabit confes-
sionem, is facile in ea BOCCATIVM, se bene contra obtrectatores gen-
tilitatis ipsum accusantes defendantem, veritatisque euangelicae testem
inquiet. Sic enim

I.V-

I. Veram euangelicām doctrinām cum verbo DEI & Symbolo Apostolico consentientem de Scriptura sacra, de DEO trinuno, de Christo mediatore salutis vno, de gratia Christi, de sacro lauacro, de sacra coena, de resurrectione mortuorum, de iudicio extremo, &c. profiteretur.

II. Erroneis Pontificiorum doctrinis clarissimis verbis contradicit. Sic asserit communionem sub utraque nullumque admittit transubstantiationem, dum scribit, Christum *corpus suum* in cibum & *sanguinem suum* in potum tam *praesentibus*, quam *futuris* exhibuisse. Nam in doctrina de Transubstantiatione assumendum est, nunc non esse illud corpus, quod tunc Christus exhibuit, sed aliud miraculose creatum. In doctrina de libero arbitrio hominis recte docet, contra Pontificios, hominem suis viribus in spiritualibus nihil efficere posse, sed omnia gratiam Christi operari. Et dum scribit, se non suo merito, sed miseratione diuina sperare deum redemptorem suum in carne sua videre, clarissime non solum excludit bona Opera, sed etiam statuit, hominem pium certum esse posse de sua salute, id quod Pontificii negant.

III. Omisit praeterea in Confessione sua doctrinas Ecclesiae Pontificiae proprias. Sic de Traditionibus, de sacrificio missatico, de adoratione panis consecrati, de cultu Mariae, de invocatione Angelorum sanctorumque, de satisfactionibus propriis, de bonis Operibus, de Purgatorio, de infallibilitate Papae, &c. prorsus tacet.

IV. BOCCATIVS quidem sententiae Pontificiorum de Purgatorio fauere videtur, scribens, Christum *animas ab oreo in cadavera revocasse*. Sed hac loquendi ratione antiquis scriptoribus visitata recte affirmat, Christum multos ex mortuis resuscitasse. Neque in his verbis, quando dedit, *Christum confractis vestibus ferreis reuulsisque postibus antiqui carceris subacto Plutone in libertatem praedam omnem veterem eduxisse*, fauet errori Pontificiorum, qui sibi persuadent, Christum ad inferos abiisse eo consilio, ut beate defunctorum animas ex Limbo patrum educeret. Agunt potius haec verba de triumpho Christi, quem de Diabolo egit & de fructu descensus Christi ad inferos. Rectius praeterea loquitur de descensu Chri-

Christi, quam Pontificii qui Christum tantum secundum animam de-
scendisse ad inferos somniant.

Ex his itaque luculentè satis apparere puto, BOCCATIVM pu-
blice veritatem euangelicam cum verbo DEI & Symbolo Apostolico con-
sentientem esse professum, corruptae tunc temporis doctrinae contra-
dixisse, minimeque Pontificiorum errorum fautorum fuisse. Et sic
omni iure ipse locum inter veritatis euangelicae testes ante Lutherum
meretur, praecipue quum etiam aliis sui operis in locis varios in Ec-
clesiam irreptos abusus taxauerit.

Nunc ad id, cuius cauſa calamum arripui, me conuerto. Sexa-
gesimus tertius iam praeterlapsus est annus, ex quo primum schola no-
stra diem Salomonis d. viii. Febr. A. clo lxxxiii. sub moderamine Reft.
quondam meritiss. M. GODOFREDI SCHVLZII publice celebrauit,
& secundum d. g. Febr. A. clo lxxvii. eodem sub moderatore(c). Quo
facto tertium, sed ratione muneris sui primum instituit in honorem
SIGELII actum celeberr. Reft. DANIEL MVLLERVS d. viii. Febr.
A. clo lxxxix. (d) & deinde plures; Ego vero primum d. viii. Febr.
A. clo lxxxlii, & iusto ordine reliquos, (e) & sie eundem in hunc vsque
diem obseruauimus morem. Vcrum enim vero non mos hic vsque
rece-

(c) V. illius Progr. A. 1703. editum in f. vbi legimus, inter alios GOTTLIE-
BIVM PLAENCKNERVM Past. Meran. defunctum, patruellem Iuris consultissimi
nostrri TRAVGOTT PLAENCKNERI, Sereniss. Elect. Sax. a consiliis in
iudiciis priuatis, Praet. in vrbe nostra grauissimi et aerarii nostri ecclesias-
tici curatoris exactissimi, perorasse. Ex errore forsan typographi in ce-
leberr. Direct. Zittau. M. ADAM RICHTERI Chron. Chemn. T. I, P. 3.
c. 16. p. 216. Anneb. 1755. 4. legimus: A. 1701. d. 5. febr. wurde in hiesi-
ger Schule das erstmal zum Andenken Salom. Siegels, wchsl. Altmanns-
allhier, wegen seines zur Bibliothek verorbneten Legats ein Ag. orat. gehal-
ten. Et Progr. SCHVLZII 1706. edit. vbi inter perorantes occurrit ISAAC.
GOTTLIEB. GARMANNVS, frater experientissimi nostri consulis D. BENI.
GOTTLIEB. GARMANNI, cuius grandaeue senectuti vires vegetas
porro precamur.

(d) V. Progr. illius de origine scholae Chemn. 1709. f.

(e) Progr. nostrum de necessitate culturae linguae vernaculae Chemnicii, 1743. 4.

receptus, sed aequitas ipsa a nobis postulare videtur, ut memoriam viri
generis praestantia, scientia iuris honorumque ornamentis eximiis con-
spiciens b. defuncti SALOM. SIGELII, praefecti Chemnicensis me-
ritiss., pia mente recolendam esse putemus. Turpitudinis certe ingratia
animi notam vix ac ne vix quidem effugeremus, si taciti hunc diem
praeterire permitteremus. BeneficuS enim SIGELIVS, vt MVL-
LERVS inquit: (f) iussit, vt ex fortunis suis quingentorum Ioachimi-
corum quincunxes vslrae primo quoque anno Doctorum verbum DEI
intra urbis pomoerium docentium, secundo magistrorum scholae, ter-
tio Bibliothecae vslibus inseruissent. Grato ergo animo hunc SIGE-
LII, cuius beneficio Biblioteca nostra saepius aucta est, & augebi-
tur, vt exopto, in posterum, liberalitatem agnoscimus, laudamus, praed-
dicamus. Praedicabunt quoque eam Iuuenes quidam optimae spei,
pii atque diligentes, qui ita publice prodibunt:

- I. IOANNES FRID. CLEEMANNVS, Chemn. de vsl biblioth-
earum dicet *latine*.
- II. AVGVST. SIGISMVND. KRAVSE, Burckhardtsd. de cultu
DEI apud veteres Christianos, *graece*.
- III. CHRISTIAN. GOTTLÖB. NEEFE, Chemn. de vsl & abusu
diuitiarum, *testonice*.
- IV. HENR. GVIL. WALTHER. Chemn. de veris mediis famam
sibi comparandi immortalem, *gallice*.
- V. SAMVEL. FRID. IVNGHANNSIVS, Chemn. clarum SIGE-
LII nomen canet *latine*.
- VI. GOTTHOLD. BENIAMIN. HERTEL, Bufend. liberalita-
tem SIGELII earmine test. decantabit.

)) : (

Vos

(f) In Progr. iam citato

QK 77d 1656

VD 18

... VOS igitur, PATRONI arque FAVTORES OPTIMI, ut ad
hos iuuenes indulgenter audiendos frequenter conuenire & praesentia
VESTRA nobis gratissima nos omnes benevolē exhilarare velitis, oro,
etque obtestor, P. P. Chemnicii d. viii. Febr. A. d. Iccc LXVI.



IN CESTELIA GOTTLICHEM KELLE. Chorus qd ab gaudiis

IN LUNAR. QVIL MELITHE. Epopei qd sicuti menses fulmina

IN SEMINAR. TERRA. INGENIATORIS. Chorus qd am RIE.

IN COITHOID. SEMINARIA. MELITHE. Epopei. Hippocampus


IN CESTELI. Seminario. qd. Geomantis. (1)

V. V.

X. X.

Geomantis. (1)

me



B.I.G.

B.M.

II d
1656

BOCCATIO

ANGELICAE. TESTE
ERIT, SIMVL, QVE

IONES

MORIAM

SIGELII

A. R. S. CL. LXXXVI.

A. HABENDAS

AE. INSPECTORES
SSIMOS

STVDIIS. FAVENT

I. OBSERVANTIA

ITAT

GEORG. HAGER
TOR.

NICII
ISTOPH. STOESSELII

OTHECA
GAVIANA

